Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



patrum in filios et incredulos ad
prudentiam iustorum parare dño
plebem perfectam. Et dixit zacha
rias ad angelum. Unde hoc sciam
Ego enim sum senex et uxor mea p
cessit in diebus suis. Et respõdens
angelus dixit ei. Ego sum gabri
el qui asto ante deum et missus
sum loqui ad te et hec tibi euãge
lizare. Et ecce eris tacens et nõ
poteris loqui usq; in diem quo hec
fiant. Pro eo quod nõ credidisti ui
bis meis que implebunt in tempe
suo. Et erat plebs exspectans za
chariam et mirabantur quod tar
daret ipse in templo. Egressus a
nõ poterat loqui ad eos. Et cognó
uerunt quia uisionem uidisset
in templo et ipse erat innuens ipsis
et permansit mutus. Et factũ est
ut impleti sunt dies officii eius
abiit in domum suam. Post hos
aũt dies concepit elyzabeth uxor
eius et occultabat se mensibus v
dicens. Quia sic michi fecit deus
dominus in diebus quibus respexit
auferre obprobrium meum inter
hominibus. In mense aũt sexto mis
sus est angelus gabriel a deo in ciui
tatem galylee cui nomen naza
reth ad uirginem desponsatam ui
ro cui nomen ioseph erat de domo da
uid et nomen uirginis maria. Et
ingressus angelus ad eam dixit.
Aue gratia plena dominus tecum
benedicta tu in mulieribus. Quam
audisset turbata est in sermone e
ius. et cogitabat qualis esset ista
salutatio. Et ait angelus ei. Ne ti
meas maria. Invenisti enim graciam
apud dominum. Ecce concipies in
utero et paries filium et uocabis no
men eius iesum. Hic erit magnus
et filius altissimi uocabitur. Et da
bit illi dominus sedem dauid patris
eius. et regnabit in domo iacob in
eternum et regni eius non erit finis
Dixit aũt maria ad angelum. Quo
modo fiet istud quoniam uirum non
cognosco. Et respondens angelus
dixit ei. Spiritus sanctus superue
niet in te. et uirtus altissimi obum
brabit tibi. Ideoq; et quod nascetur
ex te sanctum uocabitur filius dei. Et
ecce elizabet cognata tua et ipsa cõ
cepit filium in senectute sua. Et hic
mensis est sextus illi que uocatur
sterilis quia nõ erit impossibile apud
deum omne uerbum. Dixit aũt
maria. Ecce ancilla domini fiat
michi secundum uerbum tuum.
Et discessit ab illa angelus. Exur
gens aũt maria in diebus illis a
biit in montana cum festinatione
in ciuitatem iude et intrauit in
domum zacharie et salutauit eli
zabeth. Et factum est ut audiuit
salutationem marie elizabeth. exul
tauit infans in utero eius. Et re
plete est spiritu sancto elyzabeth.
et exclamauit uoce magna et dixit.
Benedicta tu in mulieribus et bñdict
fructus uentris tui. Et unde hoc
ut ueniat mater domini mei ad
me. Ecce enim ut facta est uox sa
lutationis tue in auribus meis. ex